Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



Numeri

70

est populo sexus masculini ab
uno mense et supra: septe milia
quingentorum. hy post tabernacu
la metabuntur ad occidentem sub
principe eliasaph filio lahel. et
habebunt excubias in taberna
culo federis. quum tabernaculum
d. et ornamenta eius tentoriumque
trahent ante fores tecti federis
et cortinas atrii. tentoriumque quod
appendit in introitu atrii taber
naculi: et quicquid ad ritum altaris
pertinet. funes tabernaculi. et
omnia vasa eius. Cognatio ca
ath habebit populos amrami
tas et issaaritas et hebroni
tas. et oziehitas. hec sunt fami
lie cathitarum recensite per nomina
sua: omnes generis masculini
ab uno mense et supra. octo mi
lia sexcenti: habebunt excubias
sanctuarii. et castrametabuntur ad
meridianam plagam. Princeps
quoque eorum erit elisaphan filius
oziel: et custodiet archam mensam
que et candelabrum altaris et va
sa sanctuarii in quibus ministratur
e. et velum. cunctamque huiusmodi
supellectilem. Princeps autem prin
cipum leuitarum eleazar filius
aaron sacerdotis erit super excubi
tores custodie sanctuarii. at pro
d'merari erunt populus mobile
et mapte recensiti per nomina
sua: omnes generis masculini
ab uno mense et supra. sex milia
ducenti. Princeps eorum suriel
filius abiahel: in plaga septe
trionali castrametabuntur erunt
sub custodia eorum tabule taber
naculi et vectes et columne ac
bases eorum: et omnia que ad cul
tum huiusmodi pertinent. columne
quoque atrii per circuitum cum basibus suis
et picketti cum funibus. Castra
metabuntur ante tabernaculum
federis id est ad orientalem pla
f. gam moyses et aaron cum filiis
suis: habentes custodiam sanctuarii
in medio filiorum israel. Cumque
alienus accesserit morietur. omnis
lenite quod mandaverat moy
ses et aaron iuxta preceptum domini
per familias suas in genere masculino a mense uno et supra. fuerunt
viginti duo milia et ducentos ad
moysen. Numera primogenitos
sexus masculini d'filios israel ab
uno mense et supra: et habebis sum
mam eorum. Tollesque levitas mihi
mihi: pro omni primogenito filio
rum israel. ego sum dominus. et pecora
eorum pro universis primogenitis pe
corum filiorum israel. Recensuit mo
yses sicut preceperat dominus pri
mogenitos filiorum israel: et fuerunt
omne masculi per nomina sua a
mense uno et supra viginti du
g. o milia ducenti septuaginta. lo
cutusque est dominus ad moysen. Tolle
levitas pro primogenitis filiorum
israhel: et pecora leuitarum pro
pecoribus eorum. erunt mihi levite me
ego sum dominus. Sed pro ducen
tis septuaginta tribus qui excedunt
numerum leuitarum: d'primogenitis
filiorum israel accipies singulos
per singula capita ad mensuram sanc
tuarii. Siclus habet viginti obolos
Dabisque pecuniam aaron et fili
is eius. pretium eorum qui super sunt
Tulit igitur moyses pecuniam eorum
qui fuerant amplius et quos re
demerat a leuitis pro primoge
nitis filiorum israel mille tre
centum sexaginta quinque siclorum
iuxta pondus sanctuarii: et de
dit eam aaron et filiis eius